

1275, maig, 16

*Ramon Roig, cavaller, marmessor d'Ermessendis de Portella, es dóna per ben pagat per Cecília, priora i infermera de Sant Daniel, de 200 sous, de drets de la marmessoria sobre 34 marcs d'argent pels quals hom comprà un mas de Salitja.*

ASD núm. 230, perg. orig., 170 x 230 mm.

Sit omnibus notum quod ego Raimundus Rubei, miles manumissor testamenti et etiam executor domine Ermessendis de Portella olim defuncte, cum testimonio huius publici instrumenti recognoscò me bene fore paccatum et contentum a domina Cecilia, priorissa et infirmaria monasterii Sancti Danielis, licet absente, nomine meo et aliorum manumissorum eiusdem domine, de omnibus illis .ec. solidis barchinonensibus de temo pro quibus ex parte mea et aliorum manumissorum eiusdem domine, dicte domine Cecilie et officio dicte infirmarie dedi, diffiniui et cessi omnes acciones reales et personales que nobis auctoritate dicte manumissorie competebant in illis .xxx. et .nu.or marchis argenti que dicebantur fuisse dicte domine Ermessendis de Portella et de quibus etiam marchis argenti fuit emptus caput mansus quem dicta domina habebat in parrochia de Saliia et totus honor spectans ad dictum caput mansum et plures alie possessiones contente in instrumento illius empccionis per dominam Berengariam de Paleria condam infirmariam monasterii predicti a Bernarda Renalli et Berengaria eius uxore uenditoribus, prout in instrumento dicte donacionis, diffinicionis et cessionis largius noscitur contineri, et quia de dictis .ce. solidis a dicta domina Cecilia sum bene paccatus et contentus, renunciando non numerate et non solute mihi pecunie, excepcioni et doli ex parte mea et aliorum comanumissorum eandem dominam priorissam et infirmariam et omnes eius successores et dictam infirmariam in perpetuum libero et absoluo et immunes facio sine aliquo retentu et reuocatione, ad eius bonum et sanum intellectum, faciendo sibi nihilominus de premissis bonam finem et pactum de non petendo, et si carta aliqua debiti predicti poterit inueniri, nullam habeat ulterius firmitatem.

Quod est actum .xvii. kalendas iunii anno Domini millesimo .CCLXX. quinto.

Sig+num Raimundi Rubei predicti, qui hoc firmo et concedo. Testes huius rei sunt Petrus de Brugueria de Massaneto et Michael Catalanus de Merchatallo.

Sig(s. man.)num Michaelis de Ulmo, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uicco, publici Gerunde notaria, et suprascriptis in .VI. linea ubi dicitur ".nu.or", die .et anno prefixo. (s. man.) Raimundus de Caciono, terrens locum Bernardi de Uicco, publici Gerunde notarii, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 478-479